

Aduertencias para

les, Custodes, Priors, & Guardianos con-
uentiales, & eorum Vicarios posse beneficiū
absolutionis impartiri suis Fratribus, & om-
nibus fratribus suorum Ordinum ad eos de-
clinantibus, cuiuscunq; sententiæ Excōmuni-
cationis à iure vel ab homine, excepta Excō
municatione lata contra Hæreticos relapsos,
vel Chismaticos, & literas Apostolicas fal-
sificantes, aut ad Infideles prohibita defe-
rentes, iuxta declarati onem Sixti.4. Ex quo
possunt sine dubio p rædi & i absoluere suos
fratres ab Excōmunicatione propter in iec-
tione in manum violentarum in Clericum,
etiam si sit Sedi Ap ostolicæ reseruata. Nam
cui conceditur maius, conceditur etiam quod
est minus: sed ipsis Prælatis conceditur ab-
solutio à cæteris casibus in Cœna Dñi, ergo
à fortiori, potestas absoluendi ab hac Excō-
municatione, quæ est minor respectu aliarū
in Bulla Cœnæ Domini contentarum, conce-
ditur, & indulgetur. Et aduertendum, quod
si superior aliquis percusserit suum subditū,
potest ipse secundum priuilegia absolui ab
alio subdito suo electo ab ipso in Confessorē
& si subditus, & Prælatus se ad iniucem per-
cufferint, & in conuentu non sit aliquis, qui
eos